Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



possit, dignoscamus. Ex his enim omnibus modo allatis deduco sequentia:

I. Vera et certa sunt, quæ de sacro Pollice S. Joannis B. a Mulière Mauritanensi Mauritaniam allato narrat S. Georgius Turonensis. (573 + 17 = XI. 595)

II. Mulier hæc vocabatur Tigria vel Tigris, postmodum corrupte Tegre et Tegle et Thecla; erat Virgo, et eadem cum illa, ejus de qua Anonymus Mauritanensis.

III. Hæc S. Tigria ab Alexandria non solum pollicem, sed etiam aliorum digitorum S. Joannis B. quibus Dominum baptizaverat, nempe Indicis et Medii, Reliquias, nempe articulos, partiunculas seu articulos, insigni miraculo accepit et abstulit ad montana attulit. Quum.

IV. Qua via ex Ægypto reversa sit S. Tigria; an per mediterraneum mare ita nox in Italiam, an per Constantinopolim, Illyricum, Pannonias, Rætiam, nostramque Venivallem; incertum est. Si conjecture liceat; dicam, iter

V. S. Tigria Mauritaniam reversa sacra pignora deposuit in Ecclesia S. Martini: unde nec tres Episcopi nec Archidiaconus Taurinensis quidquam potuerunt auferre.

VI. Tum eadem Sancta secessit in solitudinem, et vivit sanctissime cum sorore sua Pimenia, dein cum aliis duodecim viduis Deo sacratis: quale viduarum conventum postmodum fundavit etiam in patria sua Volonia. Ipsa tamen essi habitum religiosum gesserit, non videtur professam fuisse professa; quia pridie mortis sua condidit testamentum et fundavit alium viduarum religiosarum conventum in patria sua Volonia (hodie Volvira).

VII. Tandem statuit in oppido Mauritanensi construere Ecclesiam in honorem S. Joannis B. in eaque deinceps reponere sacras ejus Reliquias. Quæ dein fuit in ejusdem honorem sollennissime dedicata essa S. Hesychio Episcopo Viennensi; sub Theobaldo Burgundiæ Rege, qui ibidem fundavit Episcopatum et Archiepisc. Metropolita Viennensi subjecit. Gunthramnus autem Burgundiæ Rex, qui anno 561 regnare capit, tum ipsam Ecclesiam S. Joannis B. tum Episcopatum amplissime ditavit.

VIII. S. Tigria primis Gunthramni annis jam valde annosa et debilis rogavit Deum, ut non moreretur ante festum Nativitatis S. Joannis B. ita ut ea rogaverat et Ecclesiæ ipsius Dedicationem non moriendo. In festo autem Nativitatis ab morbi sui prosecia, se paravit ad obitum, postridie subsecutum.

IX. S. Tigria sepulta non est Seleucia vel in Silz prope Monasterium seu locum Stams; sed in Sacello Speleo loco pienssi: brachium tamen asservatur Mauriana.

X. Traditio est, quingentis annis longe antiquior, S.

L ab Alexandria Constantinopolim fecisse. Anno siquidem 530 Justinianus Imp. restauratam in Hebdomo S. Joannis B. basilicam solennissime dedicari fecit, et manum ejusdem dexteram Antiochia asservat ut supra ad c. VII Add. 87 advertimus. Eodem fere tempore S. Tigriam in itinere fuerit Reliquias S. Baptistæ attulisse; Lopetrachium ibidem vidimus. Virginem hanc S. Procursori devotissimam prodite solennitati interfuisse, cum facile potuit, non est dubium. Inde per Pannonias, remeasse, pergne Rætias Noricum et Rætias in patriam remeasse; non incredibile.

/ prater tres sanguinis guttas,

L cum suis Reliquiis

/ Loconia dictam (hodie S. Tegle)

/ IV Cal. Sept.